



Fac vero, quod numquam tibi tamen extra negotium, in quo
iam constitutus sum, concedam, posse Christum, quamuis non
ipse Deus sit, religionis verae auctorem dici: illud tamen nunc
iterum abs te cupio, siue postulo potius, fidem longe firmio-
rem nostram immo multo certiorem fieri, veram Chri-
stianorum religionem esse; si auctor, Christus, verus Deus
existit, quam si, ut verbis vtar Socinianorum, ille tantum ho-
mo diuinus salutetur. Similiter effici potest: ex vera Chri-
sti diuinitate vera ipsius miracula diuina sustentari: Simi-
liter praecepta caelestia: Similiter promissa quoque. Omnia
haec enim et talia plura per veram Christi diuinitatem me-
liora fiunt, quam ea, quae sunt illa carentia. Ne vera qui-
dem Christi diuinitate quidquam melius est, ex quo efficia-
tur, illum diuinum hominem esse. Ita coguntur per ipsa
sua concessa Sociniani, veram Christo diuinitatem attribuere.

§. III.

Sed exeam ex I. *Capite*, veniam ad *sufficientiam sacrae scripturae*. Idemtidem vrgeo, in hoc *Capite II.* varia a So-
cinianis adstricta fuisse, quae non tam contra, quam pro di-
uinitate Salvatoris militent. Dicunt cum Paullo Galat. V, 6.
Solam illam per caritatem fidem efficacem valere atque sufficientem ad salutem esse, quae in Christo Iesu est: t)
Compellant in sua, quam ex Epistola ad Ebr. XI, 6. sibi ar- cesserunt, fidei notione Iesum remuneratorem eorum qui
quae-

^{c)} pag. 6. Edit. cit.